



Forum Ecclesiasticum

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum, quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia Sunt, Authoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

Leuren, Peter

Moguntiae, 1719

Quæst. 1039. An, quando, qualiter, & à quo recepti in asylo curiæ sæculari extradi & consignari possint.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73957](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73957)

entibus, & in se remanentibus. Quod si verò à tertio verbis doloſis & mendacibus adjecta promiſſio ſecuritatís v. g. fugam expeditam eſſe, aut quid aliud mentiendò prætenſum, quin & ſi reus abſque promiſſione impunitatis ab ipſo iudice, aliove ab eo ad hoc ſubordinato ad egrediendum perſuaſus non amitti ab egrediente immunitatem, eò quòd fraus nemini adeoque nec iudici ſæculari in hoc caſu patrocinari debeat. aſtruunt Dian. p. 1. reſol. 26. Laym. L. 4. tr. 9. c. 3. n. 13. Haunol. Pirh. LL. cit. quos citat & ſequitur Reiffenſt. n. 165. idque multò magis, ſi ipſe iudex impunitatem promiſerit; cùm tunc iudex ſtare debeat ſua promiſſione & ſecuritatẽ præſtare Nav. lc. Genuens lc. c. 17. n. 5. Barb. jur. Eccl. L. 2. c. 3. n. 54. Azor. p. 2. L. 9. c. 9. q. 11. Wieſtn. h. t. n. 138. Sanch. Tom. 2. conf. mor. ſ. 6. c. 1. du. 12. Delb. lc. n. 13. cogique poſſit ab Epifcopo (intellige cenſuris) ad hanc ſecuritatẽ promiſſam ſervandam, aut remittendum reum ad locum aſylo, ut AA. iudem & in ſpecie Delb. lc. du. 26. n. 4.

6. Dixi in reſponſione, quod extrahi nequeant ex aſylo, niſi crimen exceptum commiſerint, nam dum conſtat confugas commiſiſſe tale crimen, ex voluntate Eccleſiæ, eum invitum extrahere poteſt curia ſæcularis, cùm tunc reus non habeat jus ad immunitatem Eccleſiæ, & ea illum tueri non poſſit. ut cum communi Delb. c. 16. du. 22. non tamen ſine licentia Epifcopi, ejuſve officialis (id eſt, Vicarii generalis. Arg. Clem. 2. de reſcriptis) uti clarè habetur in Bulla Gregor. ubi unice ſubjungitur limitatio hiſ verbis: niſi in eo caſu, quo ipſe Epifcopus & dicte perſona Eccleſiaſtica requiſita illos in delictis ſuperius expreſſis culpabiles tradere, aut captivã & incarceratione aſſiſtere reſuſaverint, tumque reverentia Eccleſiæ & ſacris locis debita memores, prædictos delinquentes minori, quòd id fieri poterit, ſcandalis & tumultu extrahere curent. &c.

Queſt. 1039. An, quando, qualiter, & à quo rei recepti in aſylo curiæ ſæculari extrahi & conſignari poſſint?

1. Reſp. primò de reis commiſſi criminis ex-cepti juxta jam dicta dubium non eſt, illos non tantùm ab Epifcopo, ſed ab inferioribus Eccleſiarum, ad quas confugerunt prælatis & Reſtoribus tam regularibus quàm ſæcularibus poſſe, & ab ſisdem ad hoc requiſitis debere extrahi ut conſtat ex claris verbis cit. Bullæ. §. 3. idque etiam abſque eo, quòd dicti Reſtores exigant, aut curia ſæcularis præſtare teneatur juramentum de non infligendo eis pænã mortis aliãve corporalem, aut etiam circa hoc proteſtentur cùm in citata Bulla nullius juramenti, cautionis, proteſtationis fiat mentio, ſed potiùs inſinuetur contrarium, dum dicitur, id eos poſſe ſine ulla irregularitatis alteriuſve cenſuræ nota, & ita tenent Farin. lc. c. 22. n. 343. Caſtrop. lc. n. 3. Bonac. Tom. 2. d. 3. q. 7. §. 7. n. 12. Baſard. in addit. ad Clarum q. 30. n. 25. quos citat & ſequitur Reiffenſt. h. t. n. 181. juxta praxin & receptam conſuetudinem, quamvis autem ad talem extraditionem factam ab inferioribus reſtoribus requiri adhuc licentiam Epifcopi, aſtruant Caſtrop. lc. Bonac. lc. n. 4. Haunol. lc. n. 266. inquit nihilominus Reiffenſt. n. 183. Stando juri & manendo in terminis cit Bullæ (utpote quæ, dum §. 4. & 5. dictam licentiam requirit non tam de extraditione quàm de extractione loquitur, nulla fa-

cta mentione extraditionis) contrarium eſſe probabile, ubi cerò conſtat de commiſſo crimine excepto, ubi verò de hoc dubium eſt, num criminis de exceptis, non poterunt dicti reſtores hanc extraditionem facere curiæ ſæculari ſine requiſitione & licentia Epifcopi, utpote ad quem tanquam iudicem legitimum pertinet ſuper hoc decernere.

2. Reſp. ſecundò: eſi olim ſeu de jure antiquo Reſtores Eccleſiæ poterant in aſylo conſtitutos extrahere curiæ ſæculari, promiſſa ſub juramento immunitate. Arg. c. deſinivir. & c. id conſtitutum 17. q. 4. hodie tamen poſt Bullam Greg. etiam recepto dicti juramento, non poſſe Reſtores Eccleſiarum invitum extrahere tenent Farin. lc. n. 344. Haunol. lc. n. 242. Caſtrop. lc. c. 13. n. 2. apud Reiffenſt. h. t. n. 178. iis inhærentem. eò quòd in cit. Bulla extrahitio in delictis exceptis tantùm concedatur dictis Prælatis, bene tamen eos extrahere poſſunt, ſi reus ipſe ſponte exire velit ad tempus, v. g. ut citatus coram iudice reſpondeat, vel ſe purget, aut cum parte læſa componat, aut aliud quid expedit, modò priùs agat cum iudice ſæculari ut ſi ſecuritatẽ & liberum reſreſſum unà cùm ſalvo conducto promittat; ſic enim ſine periculo exire & cauſæ ſuæ invigilare poterit, cùm, ut dictum, iudex tali promiſſo ſtare tenetur juxta dicta, Quin &, ſi abſolutè ſine tali facto ſibi promiſſo exire velit committendo ſe clementiæ iudicis, poterit illum Reſtor Eccleſiæ dimittere etiam ſine licentia Epifcopi. ita Reiffenſt. n. 179.

Queſt. 1040. An & qualiter reus defendere ſe poſſit contra iudicem tentantem ſe extrahere è loco ſacro extra caſus exceptos.

1. Reſp. poteſt reus uti & Eccleſia reſiſtere, ſeque defendere; cùm utrique fiat injuria, ſiquidem vim vi repellere & immunitatem Eccleſiaſticam defendere licitum, ita Farin. lc. c. 2. n. 46. Dian. p. 6. tr. 1. reſol. 32. Suar. cit. L. 3. c. 13. n. 4. Laym. L. 4. tr. 9. c. 3. n. 14. Delb. lc. du. 32. n. 17. poteſtque reus, ſi clericus non eſt, uti ad hanc deſenſionem armis, Eccleſia verò ocludendo januas, & & quælibet media externa adhibendo, ſine armis, utpote quæ ſumere, ſaltem ut Clerici illius utantur eis, illi non licet. quamvis ordinarius modus defendendi immunitatem Eccleſiaſticam, arcendique iudicem ab iniqua violentia ſit, uti contra eum cenſuris Eccleſiaſticis, præſertim intentando & ferendo in eum excumcommunicationem. ita Abb. in c. inter alia h. t. n. 62. Covar. L. 2. var. c. 20. n. 18. Haunol. cit. tr. 1. n. 250. Suar. lc. n. 4. & 6. Laym. lc. n. 4. & 14. Cutell. de immun. l. 1. q. 37. Delb. lc. à n. 3. Wieſtn. h. t. n. 143. & 144.

Queſt. 1041. an & qualiter & cui Eccleſiæ reus iniquè extractus ex aſylo aut malè traditus reſtituendus & quomodo in eo caſu cum extracto procedendum?

1. Reſp. primò: Reus criminum non exceptorum à quocunque è loco ſacro extractus ante omnia reſtituendus cum omnibus, quæ illius ſunt, extrahensque ad reſtitutionem compellendus per excumcommunicationem. Abb. lc. n. 35. Tuſch. v. Eccleſia concl. 10. n. 20. Fsgn. in c. inter alia. n. 10. Barboſ. in can. ſicut 17. q. 4. n. 2. Delb. c. 16. du. 33. n. 1. remittens ad Leſſ. l. 2. c. 29. du. 6. n. 52. & Clarum in pr.